

CH. non postulo iam: loquere: nihilo minus ego hoc 10
faciam tamen.

SO. facies? *CH.* verum. *SO.* non vides quantum mali
ex eâ re excites?

subditum se suspicatur. *CH.* "subditum" aîn tu? *SO.*
sic erit,

1015 mi vir. *CH.* confitere? *SO.* au te obsecro, istuc inimicis
siet.

egõn confitear meûm non esse filium, qui sit meus?

CH. quid? metui' ne non, quom velis, convincas esse illum 15
tuom?

SO. quod filia est inventa? *CH.* non: sed, quo mage
credundum siet,

id quod consimilest moribus

1020 convinces facile ex te natum; nam tui similest probe;
nam illi nil vitist relictum quin siet itidem tibi;
tum praeterea talem nisi tu nulla pareret filium. 20
sed ipse egreditur, quam severu'! rem, quom videas, censeas.

CLITIPHO SOSTRATA CHREMES iv

CL. Si umquam ullum fût tempu', mater, quom ego volu-
ptati tibi

1025 fuerim, dictu' filiu' tuo' vostrâ volũtate, obsecro
ei(u)s ut memineris atque inopi' nunc te miserescat mei,